



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Processio tempore mortalitatis & pestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

*Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & famem propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, & te indignante, talia flagella prodire, & te miserante, cessare.

*Oratio.*

**P**Opulum tibi subditum, pro peccatis suis fame laborantem, ad te, Domine, converte propitius; qui, quærentibus regnum tuum omnia adjicienda esse, dixisti. Qui vivis & regnas cum Deo Patre &c.

### Processio tempore mortalitatis & pestis.

*Pag. 156.*

**F***iat ut supra, in Litanis majoribus: & post Vers.* Ab ira tua, dicatur bis: A peste & fame, Libera nos Domine; & post Vers. Ut fructus &c. dicitur, Ut à pestilentia flagello nos liberare digneris, &c. In fine Litaniarum dicitur Pater noster, &c. Vers. Et ne nos inducas &c. Psal. Domine, ne in furore tuo arguas me, &c.

*Pag. 146.*

*ut supra, Vers.* Domine, non secundum peccata nostra facias nobis. Resp. Neque secundum

ini-

iniquitates noſtras retribuas nobis. *Verſ.* Adjuva nos, Deus ſalutaris noſter. *Reſp.* Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. *Verſ.* Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum. *Reſp.* Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. *Verſ.* Ora pro nobis, S. Sebaſtiane. *Reſp.* Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. *Verſ.* Domine, exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiscum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

**E**Xaudi nos, Deus ſalutaris noſter; & intercedente beata & glorioſa Dei genitrice Maria ſemper Virgine, & beato Sebaſtiano martyre tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & miſericordiæ tuæ fac largitate ſecurum. *Oratio.*

**P**ropitiare, Domine, ſupplicationibus noſtris; & animarum corporumque medere languoribus, ut, remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lætemur. *Oratio.*

**D**A nobis, quæſumus Domine, piæ petitionis effectum, & peſtilentiam morta-

litemque propitiatus avertet; ut mortalium  
corda cognoscant, & te indignante talia fla-  
gella prodire, & te miserante cessare. Per Do-  
minum nostrum &c.

Preces, dicendæ in Litanis, tempore  
belli.

*Pag. 156.* **P** *Eractis omnibus, ut supra, in Litanis majoribus;*  
*ad finem Litaniarum dicitur, Pater noster, &c.*  
*Vers. Et ne nos inducas in tentationem. Resp.*  
*Sed libera nos à malo.*

*Psalmus 45.*

**D** *Eus noster refugium & virtus : adjutor  
in tribulationibus, quæ invenerunt nos  
nimis.*

*Propterea non timebimus dum turbabitur  
terra : & transferentur montes in cor maris.*

*Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum :  
conturbati sunt montes in fortitudine ejus.*

*Fluminis impetus lætificat civitatem Dei :  
sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.*

*Deus in medio ejus non commovebitur :  
adjuvabit eam Deus mane diluculo.*

*Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt  
regna : dedit vocem suam, mota est terra.*

*Dominus virtutum nobiscum : susceptor  
noster Deus Iacob.*

Ve-